


CONGREGATIO PRO DOCTRINA FIDEI

NORMAE
DE CONFICIENDO PROCESSU
PRO SOLUTIONE VINCULI MATRIMONIALIS
IN FAVOREM FIDEI



E CIVITATE VATICANA
MMI

PRAEFATIO

POTESTAS ECCLESIAE solvendi matrimonii in favorem fidei, praeter privilegium paulinum, adhuc ordinatur quoad exercitium *Instructione pro solutione matrimonii* et *Normis proceduralibus* a Paulo VI approbatis et a Congregatione pro Doctrina Fidei anno 1973 editis. In his documentis et condiciones ut casus matrimonii solvendi in favorem fidei admitti possit indicantur et normae procedurales feruntur in dioecesibus servandae, antequam acta ad hanc Congregationem mittantur. Promulgatis vero *Codice Iuris Canonici* pro Ecclesia latina et *Codice Canonum Ecclesiarum Orientalium* pro Ecclesiis orientalibus, necesse est, illis documentis revisis, praescripta nonnulla novae legislationi accommodare.

Notum est utique matrimonia inter acatholicos, quorum saltem alter baptizatus non sit, in favorem fidei salutemque animarum a Romano Pontifice, positis determinatis condicionibus, dissolvi posse. Huius vero potestatis exercitium, attentis tum necessitatibus pastoralibus temporum et locorum, tum omnibus cuiusque casus adiunctis, supremo eiusdem Summi Pontificis iudicio subest.

In *Codice Iuris Canonici* (cann. 1143-1147) atque in *Codice Canonum Ecclesiarum Orientalium* (cann. 854-858) usus ordinatur «privilegii paulini», qui dicitur, id est casus dissolutionis matrimonii qui in prima epistola S. Pauli ad Corinthios (7,12-17) innuitur. Ecclesia enim verba Apostoli interpretatur in sensum verae libertatis concessae parti fidei ad ineundum novum matrimonium, «si pars infidelis discedit» (*ibid*, v. 15). Ex alia parte, Ecclesia, labente tempore, semper magis privilegii paulini usum normis positivis munivit, inter quas eminent et definitio verbi «discedit», et praescriptio ut «discessus» constet per «interpellationes» in foro Ecclesiae, et norma iuxta quam matrimonium non dissolvitur nisi

momento quo pars fidelis aliud matrimonium contrahit. Quo factum est ut institutum theologico-canonicum privilegii paulini perfecte circumscriptum inde ab initio saeculi XIII sit iam constitutum, quod quidem saeculis subsequentibus essentialiter immutatum permansit atque etiam in iure nuper promulgato, perpolitum quoad formam, est receptum. Quod evidenter comprobatur Ecclesiam sane consciam fuisse potestate se pollere definiendi limites ipsius privilegii illudque ampliore sensu interpretandi, ut fecit verbi gratia circa sensum verbi «discedere», quod est cardo privilegii paulini.

Immo, cum saeculo XVI nova adiuncta pastoralia ex expansione missionaria orta sunt, Romani Pontifices non dubitarunt polygamis qui ad fidem convertebantur obviam ire novis et amplissimis «privilegiis», quae longe superant limites «privilegii paulini», prout illud describitur in citato loco S. Pauli, quod attinet ad dissolutionem vinculi in infidelitate contracti. Huc imprimis pertinent Constitutiones Apostolicae Pauli III *Altitudo*, 1 iunii 1537; S. Pii V, *Romani Pontifices*, 2 augusti 1571; Gregorii XIII, *Populis*, 25 ianuarii 1585, quae viguerunt pro territoriis pro quibus latae erant usque ad promulgationem Codicis anni 1917. Codex autem eas ad totam Ecclesiam extendit (can. 1125); ipsae igitur formaliter viguerunt usque ad promulgationem Codicis anni 1983. Hic vero Codex casibus dissolutionis matrimonii quibus in illis tribus Constitutionibus providebatur, obsoletis peropportune mutatis, cann. 1148-1149 providet, quod et *Codex Canonum Ecclesiarum Orientalium*, cann. 859-860 sancit.

Notandum autem est matrimonia, quibus applicatur privilegium paulinum et ea de quibus in cann. 1148-1149 CIC et 859-860 CCEO, solvi ipso iure, adimpletis condicionibus legislatione vigente praescriptis, quin recursus ullus necessarius fiat ad auctoritatem superiorem. Quod attinet vero ad alia matrimonia inita a partibus quarum saltem una non sit baptizata, si quae solvenda fuerint, subicienda sunt in singulis casibus ad Romanum Pontificem, qui, praevio examine in Congregatione pro Doctrina Fidei peracto, iudicat pro sua pastoralis prudentia, utrum vinculi dissolutio concedenda sit an non.

Praxis solutionis vinculi a Romano Pontifice singulis in casibus concedendae inducta est post promulgationem Codicis anni 1917. Tempore enim anteacto, satis providebatur per privilegium paulinum et per Constitutiones de quibus supra, cum extra territoria missionum raro casus accidebant hoc remedium requirentes. Nam adiuncta socialia et religiosa in territoriis antiquae christianitatis, praesertim stabilitas matrimonii et familiae atque exiguus numerus dispensationum super impedimento disparitatis cultus id secumferebant ut perquam raro matrimonia valida inter partem baptizatam et partem non baptizatam occurrerent. Saeculo autem XX, numerus matrimoniorum quae requirunt pastorale remedium dissolutionis vinculi, semper magis auctus est plures ob causas, inter quas possunt recenseri sequentes: separatio inter coetus religiosos, in se clausos, quae saeculis anteactis vigeat, hoc saeculo fere disparuit, ita ut matrimonia mixta praeter modum multiplicata sint et etiam matrimonia inita, obtenta dispensatione ab impedimento disparitatis cultus, inter partem catholicam et partem non baptizatam; item Codex anni 1917 abrogavit impedimentum disparitatis cultus quoad acatholicos baptizatos, ideoque matrimonia inter hos acatholicos et non baptizatos valida sunt absque dispensatione ulla, unde augetur numerus matrimoniorum quae remedio dissolutionis vinculi obnoxia sunt; additur quoque crescens in dies infirmitas et inconstantia vinculorum familiae, quo fit ut divortium semper magis propagetur (cf. *Gaudium et spes*, 47) ac numerus matrimoniorum quae naufragio pessum dantur in dies augeatur.

Romanus Pontifex, certus de potestate qua gaudet Ecclesia solvendi matrimonia inter acatholicos, quorum saltem alter non sit baptizatus, non dubitavit novis necessitatibus pastoralibus occurrere, inducendo praxim exercendi in singulis casibus hanc Ecclesiae potestatem si, post examen omnium adiunctorum quae in unoquoque casu concurrunt, id in favorem fidei et bonum animarum oportere ipsi videatur.

Quindecim annis post Codicem Pianum-Benedictinum promulgatum, casus dissolutionis in favorem fidei adeo frequentes iam erant, ut Congregatio Sancti Officii die 1 maii anno 1934 *Instructionem* ediderit, cui titulus *Normae pro conficiendo processu in casibus solutionis vinculi matrimonialis in*

favorem fidei per supremam Summi Pontificis auctoritatem. In hac *Instructione*, affirmatis auctoritate Summi Pontificis ad solvenda matrimonia inita inter acatholicos, quorum saltem alter baptizatus non sit, (art. 1), necnon competentia exclusiva Congregationis Sancti Officii hanc rem cognoscendi (art. 2), requisita indicabantur ut gratia dissolutionis concederetur (art. 3), atque normae procedurales ferebantur ad processum in dioecesi conficiendum antequam acta omnia ad Congregationem Sancti Officii mitterentur (artt. 4-18). Haec *Instructio* data est locorum Ordinariis, quorum intererat; non autem publici iuris facta est in *Actis Apostolicae Sedis*, attento periculo ne Ecclesia, per instrumenta communicationis socialis, uti favens divortio exhiberetur.

Post Concilium Vaticanum II, Summus Pontifex Paulus VI iudicavit totam hanc materiam esse penitus perscrutandam ac *Instructionem* anni 1934 revisendam novisque adiunctis accommodandam. Quo peracto, Congregatio pro Doctrina Fidei, die 6 decembris anno 1973 novam *Instructionem pro solutione matrimonii in favorem fidei*, una cum *Normis proceduralibus* annexis, de qua supra, edidit. Attamen, quemadmodum factum est in edenda *Instructione* anni 1934, neque haec in *Actis Apostolicae Sedis* publici iuris facta est, sed cum Ordinariis locorum prudenter communicata est. Postea autem in pluribus ephemeridibus est divulgata.

Dum *Codex Iuris Canonici* revisioni subiiciebatur, confecta sunt schemata canonum in quibus synthetice et principia iuris substantivi et normae procedurales pro solutione vinculi matrimonialis in favorem fidei proponebantur. Attamen Superiori Auctoritati opportunius visum est ut haec difficilis materia non includeretur in Codice, sed remitteretur normis particularibus, a Summo Pontifice specialiter approbatis et a Congregatione pro Doctrina Fidei latis.

Nunc vero, promulgatis et *Codice Iuris Canonici* et *Codice Canonum Ecclesiarum Orientalium*, Episcopis dioecesanis et eparchialibus *Normae* pro dissolutione vinculi, revisae ac legislationi vigenti accommodatae, mittuntur ut in curiis in praxim deducantur, tum quod attinet ad casus iuxta principia substantialia admittendos, tum quod spectat ad processum

instruendum antequam acta ad hanc Congregationem pro Doctrina Fidei transmittantur.

Ne autem fideles nocumentum spirituale et temporale subeant, sedulo curent Episcopi ut casus pro dissolutione vinculi in favorem fidei, si qui in cuiusque ditione occurrerint, antequam acceptentur diligenti examini subiiciantur ad comprobandum utrum iuxta annexas *Normas* reapse admitti possint; quodsi admittendi esse videantur, curent etiam Episcopi ut processus in dioecesi iuxta easdem *Normas* fideliter ac diligenter ita instruatur ut acta ad hanc Congregationem mittenda undequaque completa ac recte confecta sint.

Quibus novis normis statutis, priores normae quae ad horum processuum instructionem latae fuerant, penitus abrogantur, contrariis quibuslibet etiam mentione dignis non obstantibus.

Has Normas in Conventu Ordinario huius Congregationis deliberatas, Summus Pontifex Ioannes Paulus PP. II, in Audientia die 16 februarii 2001 concessa, approbavit et fideliter observari iussit.

Romae, ex aedibus Congregationis pro Doctrina Fidei die 30 aprilis, in memoria Sancti Pii V, anno 2001.

✠ JOSEPH Card. RATZINGER

Praefectus

✠ THARSICIUS BERTONE, S.D.B.

Archiep. emeritus Vercellen.

a Secretis

PARS I

Art. 1

Matrimonium initum a partibus, quarum saltem una non sit baptizata, a Romano Pontifice solvi potest in favorem fidei, dummodo matrimonium ipsum non fuerit consummatum postquam ambo coniuges baptismum receperunt.

Art. 2

Congregationis pro Doctrina Fidei est singulos casus examinare et, si expedit, Summo Pontifici petitionem ad gratiam impetrandam subicere.

Art. 3

Episcopus dioecesanus et ipsi in iure aequiparati, vel Episcopus eparchialis, competentes sunt ad instruendum processum.

Art. 4

Ad solutionis vinculi gratiam concedendam requiritur ut, momento concessionis:

1° nulla adsit possibilitas restaurandi consortium vitae coniugalis;

2° pars oratrix non fuerit causa culpabilis, exclusiva vel praevalens, naufragii convictus coniugalis, neque pars, quacum contrahendum vel convalidandum sit novum coniugium, sua culpa provocaverit coniugum separationem.

Art. 5

§ 1. Si pars catholica novum matrimonium intendit contrahere vel convalidare cum persona non baptizata vel baptizata non catholica, declaret se paratam esse pericula a fide deficienti remove atque pars acatholica declaret se paratam esse relinquere parti catholicae libertatem propriam religionem profitendi atque filios catholice baptizandi et educandi.

§ 2. Gratia solutionis non conceditur nisi haec declaratio in scriptis ab utraque parte subsignata fuerit.

Art. 6

Processus instrui nequit pro solutione vinculi matrimonii quod contractum vel convalidatum sit post obtentam solutionem prioris matrimonii in favorem fidei, nec examini apud Congregationem pro Doctrina Fidei proponi.

Art. 7

§ 1. Petitio pro solutione vinculi matrimonii non-sacramentalis initi cum dispensatione ab impedimento disparitatis cultus Summo Pontifici praesentari potest si pars catholica novas nuptias cum persona baptizata inire intendat.

§ 2. In eodem casu, petitio Summo Pontifici praesentari potest si pars non baptizata baptismum recipere et novas nuptias cum parte baptizata inire intendat.

§ 3. Preces ad Congregationem pro Doctrina Fidei Episcopus ne dirigat si prudens adsit dubium circa conversionis sinceritatem partis oratricis vel partis desponsae, quamvis una vel utraque baptismum receperit.

Art. 8

Cum agitur de matrimonio a catechumeno ineundo, nuptiae differantur post baptismum; quod si hoc ob graves causas fieri non potest, certitudo moralis habeatur de proxima baptismi receptione.

Art. 9

Quoties sunt speciales difficultates de modo quo pars oratrix suis obligationibus erga coniugem priorem et prolem forte susceptam satisfacere intendat, aut scandalum timendum sit ex gratiae concessione, Episcopus Congregationem consulat.

Art. 10

Sive in processu apud Episcopum sive in examine apud Congregationem pro Doctrina Fidei, si positive dubitetur ex aliquo capite de validitate ipsius matrimonii cuius solutio petita est, preces ad Romanum Pontificem dirigantur facta mentione eiusdem dubii.

PARS II

Art. 11

§ 1. Processus instructionem Episcopus vel peragat per se ipsum vel committat instructori selecto aut ex tribunalis iudicibus aut ex personis ab ipso ad hoc munus approbatis, adsistente notario, et interveniente defensore vinculi.

§ 2. Huiusmodi commissio scripto facienda est et de ea constare debet in actis.

Art. 12

§ 1. Asserta probari debent ad normam iuris, sive documentis, sive depositionibus testium fide dignorum.

§ 2. In instructione uterque coniux audiatur.

§ 3. Partium declarationibus vis plenae probationis tribui nequit, nisi accedant alia elementa quae eas corroborent et ex quibus certitudo moralis efformari possit.

Art. 13

§ 1. Documenta tum originalia tum in authentico exemplari exhibita a notario recognosci debent.

§ 2. Documenta ad Congregationem pro Doctrina Fidei transmittenda sint integra et quidem exemplari recognito ab Episcopi notario.

Art. 14

§ 1. Examen partium et testium fit ab instructore, citato defensore vinculi, cui assistat oportet notarius.

§ 2. Instructor partibus et testibus iusiurandum de veritate dicenda vel de veritate dictorum deferat; si quis renuat illud emittere, iniuratus audiat.

§ 3. Instructor partes et testes interroget secundum quaestionarium antea paratum, a semetipso vel a vinculi defensore; alias interrogationes, si casus ferat, addere potest.

§ 4. Responsiones subsignari debent a parte, ab ipso instructore necnon a notario.

Art. 15

§ 1. Si altera pars vel testis coram instructore se sistere ac deponere renuat vel nequeat, eorum declarationes coram notario vel quovis alio legitimo modo, dummodo constet de earum genuinitate et authenticitate, acquiri possunt.

§ 2. Absentia a processu alterius partis, ad normam iuris declarata, ex actis constare debet.

Art. 16

§ 1. Absentia baptismi in alterutro coniuge ita demonstranda est ut omne prudens dubium amoveatur.

§ 2. Excutiantur testes, considerata eorum qualitate, prout obtinet in parentibus et consanguineis partis non baptizatae, vel illi qui huic adstiterunt tempore infantiae et totum eius cursum vitae noverunt.

§ 3. Testes interrogandi sunt, non tantum de absentia baptismatis, sed etiam de circumstantiis et indiciis, ex quibus probabile appareat baptismum non fuisse collatum.

§ 4. Curandum est ut inspiciantur quoque libri baptizatorum in locis in quibus constat partem, quae dicitur non baptizata, infantili aetate vixisse, praesertim in ecclesiis quas ipsa forte frequentaverit vel in qua matrimonium celebravit.

§ 5. Si matrimonium celebratum fuit cum dispensatione ab impedimento disparitatis cultus, exemplaria dispensationis necnon processiculi praematrimonialis instructor in actis acquirat.

Art. 17

§ 1. Si tempore quo gratia solutionis petitur, coniux non baptizatus baptismum recepit, investigatio fieri debet de cohabitatione forte habita post baptismum; hac de re etiam testes interrogentur.

§ 2. Ipsae partes in causa interrogentur an post separationem aliquam et qualem inter se relationem habuerint, et praesertim an actum coniugalem perfecerint.

Art. 18

§ 1. Instructor informationes colligat circa statum vitae alterius partis, nec referre omittat an ipsa post divortium novas nuptias attentaverit.

§ 2. Interroget partes ac testes de causa separationis vel divortii, ita ut appareat cuiusnam fuerit culpa rupturae matrimonii vel matrimoniorum.

Art. 19

§ 1. Exhibendum est exemplar decreti divortii vel sententiae nullitatis civilis partium.

§ 2. Si adsint, exhibenda sunt exemplaria decreti divortii vel sententiae nullitatis civilis et dispositivum sententiae canonicae nullitatis matrimonii quorumvis matrimoniorum ab alterutro desponso attentatorum.

Art. 20

§ 1. Instructor referat an pars oratrix prolem susceperit et quomodo providerit aut providere intendat, iuxta leges et facultates suas, ipsius prolis religiosae educationi.

§ 2. Instructor interrogare debet etiam circa obligationes vel morales vel civiles erga primum coniugem et prolem forte susceptam.

Art. 21

§ 1. Pars oratrix vel desponsa, si conversa et baptizata fuerit, interroganda est de tempore et intentione in suscipiendo baptismo.

§ 2. De rationibus quae fuerunt causa baptismi, interrogandus est etiam parochus, praesertim circa probitatem partium.

Art. 22

§ 1. Expressis verbis referatur in actis de religiositate tum partis oratricis tum partis desponsae.

§ 2. Documenta baptismi vel professionis fidei vel utriusque in actis acquirenda sunt.

Art. 23

Instructione peracta, Instructor acta omnia remittat, omissa autem eorum publicatione, cum apta relatione ad vinculi defensorem, cuius est invenire rationes, si adsint, quae solutioni vinculi obstant.

Art. 24

§ 1. Episcopus actis omnibus receptis exaret votum circa petitionem in quo referatur adamussim de adimpletis pro concessione gratiae condicionibus, praesertim an cautiones, de quibus in art. 5 datae sint.

§ 2. Causae quae gratiae concessionem suadeant exprimantur, semper addendo an pars oratrix novum matrimonium quovis modo iam attentaverit vel in concubinato vivat.

Art. 25

§ 1. Episcopus transmittat ad Congregationem pro Doctrina Fidei tria exemplaria actorum omnium typographice transcripta una cum voto suo et animadversionibus defensoris vinculi, indice materiae et summario munita.

§ 2. Curetur etiam ut acta causae lingua ac stylo loci exarata in unam ex recognitis in ordinamento Romanae Curiae vertantur addita asseveratione iuramento firmata de eorum fideli transcriptione et versione.

CONGREGATIO PRO DOCTRINA FIDEI

NORMAE DE CONFICIENDO PROCESSU PRO SOLUTIONE VINCULI MATRIMONIALIS IN FAVOREM FIDEI

E Civitate Vaticana MMI

PRAEFATIO

Die Vollmacht der Kirche, die Ehe zugunsten des Glaubens zu lösen¹, die über das Privilegium paulinum hinausreicht, wird bisher hinsichtlich ihrer Ausübung durch die *Instructio pro solutione matrimonii* und die *Normae procedurales* geregelt, die von Paul VI approbiert und von der Kongregation für die Glaubenslehre im Jahr 1973 herausgegeben wurden. In diesen Dokumenten werden auch die Bedingungen angegeben, unter denen ein Fall der Lösung einer Ehe zugunsten des Glaubens zugelassen werden kann, und Verfahrensnormen erlassen, die in den Diözesen zu beachten sind, bevor die Akten dieser Kongregation übersandt werden. Nach Promulgation des *Codex Iuris Canonici* für die lateinische Kirche und des *Codex Canonum Ecclesiarum Orientalium* für die orientalischen Kirchen, ist es nötig, nach Durchsicht dieser Dokumente, einige Vorschriften der neuen Gesetzeslage anzupassen.

Bekannt ist ja, daß Ehen zwischen Nichtkatholiken, von denen wenigstens einer nicht getauft ist, zugunsten des Glaubens und zum Heil der Seelen vom Papst unter bestimmten Bedingungen aufgelöst werden können. Die Ausübung dieser Vollmacht aber unterliegt unter Beachtung der pastoralen Notwendigkeiten der Zeit und des Ortes sowie aller Umstände eines jeden Falles dem obersten Urteil eben dieses Papstes.

Im *Codex Iuris Canonici* (cann. 1143-1147) und im *Codex Canonum Ecclesiarum Orientalium* (cann. 854-858) wird der Gebrauch des sogenannten „Privilegium Paulinum“, d.h. des Falles der Lösung einer Ehe geordnet, wie sie im ersten Brief des Hl. Paulus an die Korinther (7,12-17) zugestanden wird. Die Kirche nämlich interpretiert die Worte des Apostels im Sinne einer wirklichen Freiheit, die dem gläubigen Teil zur Eingehung einer neuen Ehe gewährt wird, „wenn der ungläubige Teil weggeht“ (ebd. Vers 15). Andererseits hat die Kirche im Laufe der Zeiten den Gebrauch des Privilegium paulinum immer mehr mit positiven Normen versehen, unter denen sowohl die Definition des „Weggehens“, als auch die Vorschrift, daß dieses Weggehen durch „Befragungen“ vor dem kirchlichen Forum festzustellen sei, hervorragen als auch die Norm, nach der die Ehe nicht früher gelöst wird als in dem Moment, in dem der gläubige Teil eine neue Ehe schließt. Dadurch ist es geschehen, daß das theologisch-kanonische Faktum des paulinischen Privilegs perfekt umschrieben schon seit dem Anfang des 13. Jahrhunderts eingerichtet worden ist und in den folgenden Jahrhunderten im wesentlichen unverändert geblieben und auch in das jüngst promulgierte Recht, der Form nach angepaßt,

¹ Im Originaltext heißt es: „Potestas Ecclesiae solvendi matrimonii“, d.h. die kirchliche Vollmacht der zu lösenden Ehen. Es müßte wohl „matrimonia“ heißen, wobei „solvendi“ nicht als Gerundivum, sondern als Gerundium zu lesen wäre.

übernommen worden ist. Das zeigt sichtbar, daß die Kirche sich bewußt war, die Vollmacht zu haben, die Grenzen dieses Privilegs zu bestimmen und es im weiteren Sinne zu interpretieren, wie sie es zum Beispiel in bezug auf das Wort „weggehen“ getan hat, das die Angel des paulinischen Privilegs ist.

Als im 16. Jahrhundert neue pastorale Umstände aus der missionarischen Ausbreitung entstanden, haben die Päpste nicht gezweifelt, daß sie den Polygamen, die zum Glauben gekommen waren, entgegen kommen könnten mit neuen und weitestreichenden „Privilegien“, die die Grenzen des paulinischen Privilegs bei weitem überschreiten, so wie es an der zitierten Stelle des Hl. Paulus beschrieben wird, was die Auflösung des Bandes, das im Unglauben geschlossen wurde, angeht. Darauf beziehen sich vor allem die Apostolischen Konstitutionen Pauls III *Altitudo* vom 1. Juni 1537; des Heiligen Pius V *Romani Pontifices* vom 2. August 1571; Gregors XIII *Populis* vom 15. Januar 1585, die für die Gebiete, für die sie erlassen worden waren, bis zur Promulgation des Codex von 1917 galten. Der Codex aber hat sie auf die ganze Kirche ausgedehnt (can. 1125); sie galten also förmlich bis zur Promulgation des Codex 1983. Dieser Codex aber regelt in den cann. 1148-1149 die Fälle der Lösung von Ehen, von denen in den drei Konstitutionen gehandelt wurde, wobei Obsoletes angemessen geändert wurde; das bestätigt auch der *Codex Canonum Ecclesiarum Orientalium* in den cann. 859-860.

Festzustellen ist aber, daß Ehen, auf die das paulinische Privileg angewandt wird, sowie jene, von denen in cann. 1148-1149 CIC und 859-860 CCEO die Rede ist, von Rechts wegen gelöst werden, wenn die Bedingungen der geltenden Gesetzeslage erfüllt sind, ohne daß irgend ein Rekurs an die höhere Autorität erforderlich wäre. Was aber die anderen Ehen, die von Parteien eingegangen wurden, von denen wenigstens eine nicht getauft war, angeht, sind sie, falls sie gelöst werden sollen, in jedem Einzelfall dem Papst zu unterbreiten, der nach vorheriger Prüfung durch die Kongregation für die Glaubenslehre nach seiner pastoralen Klugheit entscheidet, ob die Lösung des Bandes zu gewähren sei oder nicht.

Die Praxis der Lösung des Bandes durch den Papst in einzelnen Fällen wurde nach der Promulgation des Codex 1917 eingeführt. In der vorausgehenden Zeit war durch das paulinische Privileg und die genannten Konstitutionen ausreichend vorgesorgt, da außerhalb der Missionsgebiete nur seltene Fälle vorkamen, die ein solches Hilfsmittel nötig hatten. Denn die sozialen und religiösen Verhältnisse in den Gebieten der alten Christianität, vor allem die Stabilität der Ehe und Familie und die geringe Zahl von Dispensen vom Hindernis der Religionsverschiedenheit brachten es mit sich, daß äußerst selten Ehen zwischen einem getauften und einem nicht getauften Teil zustandekamen. Im 20. Jahrhundert jedoch ist die Zahl der Ehen, die das pastorale Mittel der Lösung des Bandes brauchen, immer mehr gewachsen aus verschiedenen Gründen, unter denen die folgenden genannt werden können: Die Trennung zwischen religiösen, in sich geschlossenen Kreisen, die in den vorhergehenden Jahrhunderten herrschte, ist in diesem Jahrhundert fast verschwunden, so daß gemischte Ehen unmäßig angewachsen sind und auch Ehen, die unter Dispens vom Hindernis der Religionsverschiedenheit eingegangen wurden zwischen einem katholischen und einem nichtgetauften Teil; auch hat der Codex 1917 das Hindernis der Religionsverschiedenheit bezüglich nicht-katholischer Getaufter aufgehoben, womit die Ehen zwischen diesen Nichtkatholiken und Ungetauften ohne jede Dispens gültig sind, so daß die Zahl der Ehen angewachsen ist, die dem Hilfsmittel der Lösung des Bandes zugänglich sind; hinzu kommt auch die wachsende Schwäche und Unbeständigkeit der familiären Bande, so daß sich die Ehescheidung immer mehr ausbreitet (vgl. *Gaudium et spes*, 47) und die Zahl der Ehen, die Schiffbruch erleiden, ständig zunimmt.

Der Papst, der Vollmacht der Kirche gewiß, Ehen zwischen Nichtkatholiken zu lösen, von denen wenigstens einer nicht getauft ist, hat nicht gezögert, neuen pastoralen Anforderungen zu genügen, indem er eine Praxis eingeführt hat, in einzelnen Fällen diese Vollmacht der Kirche auszuüben, wenn ihm das nach einer Untersuchung aller Umstände, die in einem jeden Fall zusammenkommen, zugunsten des Glaubens und des Heiles der Seelen angemessen erscheint.

Fünfzehn Jahre nach der Promulgation des Pio-Benediktinischen Codex waren die Fälle der Lösung zugunsten des Glaubens so häufig, daß die Kongregation des Heiligen Offiziums am 1. Mai 1934 eine *Instructio* herausgab, die den Titel trug *Normae pro conficiendo processu in casibus solutionis vinculi matrimonialis in favorem fidei per supremam Summi Pontificis auctoritatem*. In dieser Instruktion wurde die Autorität des Papstes, Ehen zwischen Nichtkatholiken zu lösen, von denen wenigstens einer nicht getauft war, bestätigt (Art. 1), desgleichen die ausschließliche Zuständigkeit der Kongregation des Heiligen Offiziums, diese Sache zu behandeln (Art. 2), es wurden die Anforderungen genannt, daß die Gnade der Lösung gewährt wurde (Art. 3), und Verfahrensnormen erlassen zur Abwicklung des Prozesses in der Diözese, bevor alle Akten an die Kongregation des Heiligen Offiziums geschickt würden (Artt. 4-18). Diese Instruktion wurde den Ortsordinarien, die es anging, zugeleitet; sie wurde aber nicht in den *Acta Apostolicae Sedis* veröffentlicht angesichts der Gefahr, daß die Kirche in den sozialen Kommunikationsmitteln als Förderin der Ehescheidung dargestellt werden könnte.

Nach dem Zweiten Vatikanischen Konzil entschied Papst Paul VI, daß die ganze Materie gründlich zu prüfen und die Instruktion des Jahres 1934 zu revidieren und den neuen Umständen anzupassen sei. Nachdem das geschehen war, hat die Kongregation für die Glaubenslehre am 6. Dezember 1973 eine neue *Instructio pro solutione matrimonii in favorem fidei* zusammen mit anhängenden *Normae procedurales* erlassen. Aber sie wurden, wie es bei der Herausgabe der Instruktion von 1934 geschah, nicht in den *Acta Apostolicae Sedis* veröffentlicht, sondern den Ortsordinarien in kluger Weise zugeleitet. Später sind sie aber in verschiedenen Zeitschriften verbreitet worden.

Während der *Codex Iuris Canonici* einer Revision unterzogen wurde, wurden Schemata für Canones angefertigt, in denen zusammenfassend die Prinzipien des materiellen Rechts und die Verfahrensnormen für die Lösung des Ehebandes zugunsten des Glaubens vorgelegt wurden. Es ist aber der Obersten Autorität richtiger erschienen, diese schwierige Materie nicht in den Codex aufzunehmen, sondern in Partikularnormen zu verweisen, die vom Papst speziell approbiert und von der Glaubenskongregation erlassen würden.

Nun aber, nach Promulgation des *Codex Iuris Canonici* und des *Codex Canonum Ecclesiarum Orientalium*, werden den Diözesan- und Eparchialbischöfen *Normae* für die Lösung des Bandes zugeschickt, die revidiert und der geltenden Rechtslage angepaßt sind, damit sie in den Kurien umgesetzt werden, sowohl was die Zulassung von Fällen nach den substantiellen Prinzipien angeht, als auch was die Durchführung des Verfahrens angeht, bevor die Akten an die Glaubenskongregation geschickt werden.

Damit aber die Gläubigen keinen geistlichen und irdischen Schaden leiden, sollen die Bischöfe gewissenhaft sorgen, daß die Fälle zur Lösung des Bandes zugunsten des Glaubens, wenn solche in ihrem Bereich vorkommen, einer sorgfältigen Prüfung unterzogen werden, bevor sie angenommen werden, um sich zu vergewissern, daß sie gemäß den folgenden *Normae* wirklich zugelassen werden können; wenn sie als zulassungsfähig erscheinen, sollen die Bischöfe dafür sorgen, daß das Verfahren in der Diözese nach diesen Normen getreulich und sorgfältig so

geführt wird, daß die Akten, die dieser Kongregation zu übersenden sind, rundum vollständig und ordnungsgemäß geführt sind.

Durch die Inkraftsetzung dieser neuen Normen werden die Normen, die für die Durchführung dieser Prozesse bisher erlassen worden sind, gänzlich aufgehoben, wobei nichts, auch nicht der Erwähnung Würdiges entgegensteht.

Diese Normen, die im Ordentlichen Konvent dieser Kongregation beraten worden sind, hat Papst Johannes Paul II. in der Audienz, die er am 16. Februar 2001 gewährte, approbiert und getreulich zu beachten angeordnet.

Rom, aus der Kongregation für die Glaubenslehre am 30. April, dem Gedenktag des Heiligen Pius V., des Jahres 2001.

+ JOSEPH Card. RATZINGER
Praefectus

+ THARSICIUS. BERTONE, SDB
*Archiep. Emeritus Vercellen.
a Secretis*

TEIL I

Art. 1

Eine Ehe, die von Parteien eingegangen wurde, von denen wenigstens eine nicht getauft ist, kann vom Papst zugunsten des Glaubens gelöst werden, solange die Ehe nicht vollzogen wurde, nachdem beide Partner die Taufe empfangen haben.

Art. 2

Es ist Aufgabe der Kongregation für die Glaubenslehre, die einzelnen Fälle zu untersuchen und gegebenenfalls dem Papst die Bitte um Gewährung der Gnade vorzulegen.

Art. 3

Der Diözesanbischof und die ihm im Recht Gleichgestellten oder der Eparchialbischof sind zuständig, den Prozeß durchzuführen.

Art. 4

Um die Gnade der Lösung des Bandes zu gewähren, ist erforderlich, daß im Moment der Gewährung:

- 1° keine Möglichkeit besteht, das eheliche Leben wiederherzustellen;
- 2° die antragstellende Partei nicht schuldiger Grund, ausschließlich oder überwiegend, für den Schiffbruch des ehelichen Lebens ist und der Teil, mit dem die neue Ehe zu schließen oder zu konvalidieren ist, nicht durch seine Schuld die Trennung der Gatten provoziert hat.

Art. 5

§ 1 Wenn ein katholischer Teil eine neue Ehe einzugehen oder zu konvalidieren beabsichtigt mit einer nicht getauften oder getauften nichtkatholischen Person, erkläre sie sich bereit, Gefahren des Glaubensabfalls zu beseitigen, und der nichtkatholische Teil erkläre sich bereit, dem katholischen Teil die Freiheit zu lassen, die eigene Religion zu bekennen und die Kinder katholisch zu taufen und zu erziehen.

§ 2 Die Gnade der Lösung wird nicht gewährt, wenn diese schriftliche Erklärung nicht von beiden Teilen unterschrieben worden ist.

Art. 6

Der Prozeß kann nicht geführt werden zur Lösung des Bandes einer Ehe, die geschlossen oder konvalidiert ist nach Auflösung einer früheren Ehe zugunsten des Glaubens, und er kann nicht bei der Kongregation für die Glaubenslehre zur Prüfung vorgelegt werden.

Art. 7

§ 1 Die Bitte um Lösung des Bandes einer nichtsakramentalen Ehe, die mit Dispens vom Hindernis der Religionsverschiedenheit eingegangen ist, kann dem Papst vorgelegt werden, wenn der katholische Teil eine neue Ehe mit einer getauften Person einzugehen beabsichtigt.

§ 2 In demselben Falle kann die Bitte dem Papst vorgelegt werden, wenn der nicht getaufte Teil

die Taufe zu empfangen und eine neue Ehe mit einem getauften Teil einzugehen beabsichtigt.
§ 3 Der Bischof darf eine Bitte nicht an die Kongregation für die Glaubenslehre einreichen, wenn vernünftiger Zweifel besteht an der Ernsthaftigkeit der Bekehrung des antragstellenden oder des verlobten Teils, auch wenn einer oder beide die Taufe empfangen haben.

Art. 8

Wenn es sich um die Eingehung einer Ehe durch einen Katechumenen handelt, werde die Ehe bis nach der Taufe aufgeschoben; wenn das wegen schwerwiegender Gründe nicht geschehen kann, muß moralische Gewissheit bestehen über den baldigen Empfang der Taufe.

Art. 9

Sooft besondere Schwierigkeiten bestehen bezüglich der Weise, auf die der antragstellende Teil seine Verpflichtungen gegenüber dem früheren Gatten und eventuellen Kindern zu erfüllen beabsichtigt, oder wenn aus der Gewährung der Gnade Ärgernis zu befürchten ist, befrage der Bischof die Kongregation.

Art. 10

Falls im Prozess beim Bischof oder bei der Überprüfung durch die Glaubenskongregation ein begründeter Zweifel entsteht, daß die Ehe, deren Lösung erbeten worden ist, aus irgendeinem Grunde nichtig sei, soll die Bitte an den Papst gerichtet werden unter Erwähnung dieses Zweifels.

TEIL 2

Art. 11

§ 1 Der Bischof nehme die Durchführung des Prozesses selbst vor oder beauftrage einen Untersuchungsrichter, den er aus den Richtern des Gerichtes oder aus Personen, die er selbst für diesen Dienst approbiert hat, auswählt, unter Beiziehung des Notars und unter Mitwirkung des Bandverteidigers.

§ 2 Dieser Auftrag ist schriftlich zu erteilen, und er muss in den Akten festgehalten sein.

Art. 12

§ 1 Die Behauptungen müssen nach den Rechtsvorschriften bewiesen werden, sei es durch Urkunden, sei es durch die Aussage glaubwürdiger Zeugen.

§ 2 Bei der Beweiserhebung sind beide Ehegatten zu hören.

§ 3 Den Parteierklärungen kann keine volle Beweiskraft zukommen, wenn nicht andere Elemente hinzukommen, die sie bekräftigen und aus denen eine moralische Gewissheit gebildet werden kann.

Art. 13

§ 1 Urkunden, seien es Originale oder beglaubigte Ausfertigungen, müssen vom Notar bestätigt (recognosci) werden.

§ 2 Die Dokumente, die der Kongregation für die Glaubenslehre zu übersenden sind, seien vollständig und in einem vom Notar des Bischofs bestätigten Exemplar vorgelegt.

Art. 14

§ 1 Die Befragung der Parteien und Zeugen geschieht durch den Untersuchungsrichter, dem der Notar zur Seite stehen soll, nach Ladung des Bandverteidigers.

§ 2 Der Untersuchungsrichter nehme den Parteien und Zeugen den Eid auf die auszusagende Wahrheit und die Wahrheit des Ausgesagten ab; wenn jemand sich weigert, ihn zu leisten, werde er unvereidigt vernommen.

§ 3 Der Untersuchungsrichter befrage die Parteien und Zeugen nach einem zuvor von ihm selbst oder vom Bandverteidiger erarbeiteten Fragebogen; andere Fragen kann er gegebenenfalls hinzufügen.

§ 4 Die Antworten sind von der Partei, vom Untersuchungsrichter und vom Notar zu unterschreiben.

Art. 15

§ 1 Wenn eine Partei oder ein Zeuge vor dem Untersuchungsrichter zu erscheinen und auszusagen sich weigert oder es nicht kann, können ihre Aussagen vor einem Notar oder auf eine andere rechtmäßige Weise eingeholt werden, sofern ihre Ursprünglichkeit und Echtheit feststehen.

§ 2 Die Abwesenheit einer Partei vom Verfahren, die nach den Rechtsnormen deklariert ist, muß in den Akten festgehalten werden.

Art. 16

§ 1 Das Fehlen der Taufe bei einem Ehegatten ist so aufzuweisen, daß jeder vernünftige Zweifel beseitigt ist.

§ 2 Zeugen sind unter Berücksichtigung ihrer Eigenschaft (qualitas) zu vernehmen, so wie es bei Eltern und Verwandten des nicht getauften Teiles der Fall ist oder jene, die dieser in der Zeit der Kindheit zur Seite standen und ihren gesamten Lebenslauf kennen.

§ 3 Die Zeugen sind zu befragen nicht nur über das Fehlen der Taufe, sondern auch über die Umstände und Hinweise, aufgrund derer es wahrscheinlich erscheint, daß die Taufe nicht gespendet wurde.

§ 4 Es ist dafür zu sorgen, daß auch die Taufbücher an den Orten, an denen der Teil, der nicht getauft sein soll, in kindlichem Alter gelebt hat, eingesehen werden, besonders in den Kirchen, die dieser Teil vielleicht häufiger besucht hat oder in der er die Ehe geschlossen hat.

§ 5 Wenn die Ehe geschlossen worden ist mit Dispens vom Hindernis der Religionsverschiedenheit, füge der Untersuchungsrichter Ausfertigungen der Dispens und der Brautexamensniederschrift den Akten bei.

Art. 17

§ 1 Wenn zu der Zeit, in der die Gnade der Lösung erbeten wird, der nicht getaufte Gatte die Taufe empfangen hat, muß eine Nachforschung stattfinden über die eventuell nach der Taufe erfolgte Beiwohnung (Kohabitation); darüber sind auch die Zeugen zu befragen.

§ 2 Die Parteien sind zu befragen, ob sie nach der Trennung irgendeine Beziehung miteinander

gehabt haben und welche, und besonders, ob sie den ehelichen Akt vollzogen haben.

Art. 18

§ 1 Der Untersuchungsrichter sammle Informationen über den Lebensstand des anderen Teils, und er vergesse nicht zu berichten, ob dieser nach der Scheidung eine andere Ehe einzugehen versucht hat.

§ 2 Er befrage die Parteien und Zeugen über den Grund der Trennung oder Scheidung, so daß erkennbar wird, wem die Schuld am Zerbrechen der Ehe oder der Ehen anzulasten ist.

Art. 19

§ 1 Ein Exemplar des Scheidungsdekretes oder des bürgerlichen Nichtigkeitsurteils ist vorzulegen.

§ 2 Wenn es solche gibt, sind Ausfertigungen des Scheidungsdekretes oder des bürgerlichen Nichtigkeitsurteils und der Tenor eines kanonischen Ehenichtigkeitsurteils aller von beiden Gatten versuchten Eheschließungen vorzulegen.

Art. 20

§ 1 Der Untersuchungsrichter berichte, ob der antragstellende Teil Kinder hat und auf welche Weise er für die religiöse Erziehung der Kinder sorgt oder zu sorgen beabsichtigt nach Maßgabe der Gesetze und seiner Möglichkeiten.

§ 2 Der Untersuchungsrichter muss auch nach den moralischen oder bürgerlichen Verpflichtungen gegenüber dem ersten Gatten und den eventuellen Kindern fragen.

Art. 21

§ 1 Der antragstellende Teil oder der verlobte, wenn er bekehrt und getauft worden ist, ist über die Zeit und die Motive für den Empfang der Taufe zu befragen.

§ 2 Über die Motive, die Grund für die Taufe waren, ist auch der Pfarrer zu befragen, besonders hinsichtlich der Bewährung (probitas) der Parteien.

Art. 22

§ 1 Ausdrücklich werde in den Akten über die Religiosität sowohl des Antragstellers als auch des verlobten Teils berichtet.

§ 2 Taufurkunden oder Urkunden über das Glaubensbekenntnis (professio fidei) oder über beides sind zu den Akten zu nehmen.

Art. 23

Nach Durchführung der Untersuchung schicke der Untersuchungsrichter alle Akten, ohne sie offenzulegen, mit einem angemessenen Bericht an den Bandverteidiger, dessen Aufgabe es ist, eventuelle Gründe, die der Lösung des Bandes entgegenstehen, aufzudecken.

Art. 24

§ 1 Der Bischof fertige nach Erhalt aller Akten ein Votum über die Bitte an, in dem sorgfältig die Erfüllung der Bedingungen für die Gewährung der Gnade angegeben wird, besonders ob die

▪ Kautelen, von denen in Artikel 5 die Rede ist, geleistet wurden.

§ 2 Es sollen die Gründe zum Ausdruck gebracht werden, die eine Gewährung der Gnade empfehlen, und es ist immer anzugeben, ob der antragstellende Teil schon auf irgendeine Weise eine Eheschließung versucht hat oder im Konkubinat lebt.

Art. 25

§ 1 Der Bischof übersende der Kongregation für die Glaubenslehre drei maschinengeschriebene Exemplare aller Akten zusammen mit seinem Votum und den Bemerkungen des Bandverteidigers, versehen mit einem Inhaltsverzeichnis und einer Zusammenfassung.

§ 2 Es ist auch dafür zu sorgen, daß die Sachakten, die in der Sprache und im Stil des Ortes angefertigt sind, in eine der nach der Ordnung der römischen Kurie anerkannten (Sprachen) übersetzt werden unter Beifügung einer beeidigten Versicherung, daß sie richtig transkribiert und übersetzt seien.

(Deutsche Übersetzung: Klaus Lüdicke 19.9.2001)